inde recipiatis nostre maiestatis litteras responsales. 214

[E.] provideatis eidemque et sciatis ad plenum, si alique domus tarsianatuum, que nunc in partibus ipsis existunt, recoperiri ~~reparari~~ vel in aliquo reparari egeant et si in aliis terris maritime famosis, in quibus ad presens tarsianatus non sunt, ~~et pro quanta quantitate pecunie fieri poterunt, ac de domibus, que de novo construende et facende sunt in predictis terris maritime~~ domus fieri possunt pro tarsianatibus, in quibus teride galee et alia ligna subtilia sub cohoperto locentur * in eo numero, quo de huiusmodi vassellis armari possunt per homines terrarum ipsarum et per homines etiam terrarum et locorum vicinorum, qui non per se set combinati cum aliis consueverunt ad armationem vassellorum curie deputari; et facta similiter sollempni et diligenti estimatione in testimonio puplico per magistros et alios fideles viros expertos in talibus de hiis, que reparanda sunt in domibus tarsianatuum, que nunc sunt, et pro quanta quantitate pecunie fieri poterunt, ac de domibus, que de novo construende et facende sunt in predictis terris maritime, in quibus non sunt, et pro quanta quantitate pecunie fieri poterunt, si fiant cum pileriis * vel ~~et~~ si fiant cum pileribus et arcubus, factis inde secundum formam predictam * f duobus scriptis puplicis consimilibus in qualibet terra vel loco, quorum unum vobis retineatis et aliud dictis magistris racionalibus destinetis, de predictis omnibus et de toto processu vestro, quem in premissis habueritis, celsitudinem nostram et predictos magistros racionales ad plenum et districte per litte-

subcohoperte ?